



Chimarr

Clis



TABVLA · II · EVRO ·

ET PRIMO DE HISPANIA.

HISPANIA MAXIMA Europe regio, terris optimis cōparanda, nullis posthabēda, frugū copia, siue soli vbertatē, siue vinearum prouentus, siue arborarios respicere velis: omni materia affluit, quęcunq; aut precio chara esse possit, aut vsu necessaria, adeo, vt non ipsis incolis tm̄, verum etiam Italię, vrbicq; Romę, ad cunctarū rerum abundantiam sufficiat. Argentū, gemmas, & aurū, si requiras, habet. Ferrarijs nuncq; deficit, nec cedit vitibus, vincit oleis, nihil ociosum in ea, nihil sterile. Non coquunt ibi sales, sed effodiūt. Non violento sole torretur, vt Aphrica, neq; assiduis ventis, vt Gallia fatigat. Salubritas cęli p̄ omnē regionem equalis. Nulla paludum graui nebula inficit, sed marina aura perflatur. Lini, spariq; in ea vis ingens, minij certe nulla feracior terra. Cursus ampiū, non torretes, rapidiq; vt noceant, sed lenes, & vineis campisq; irrigui, estuarijsq; oceani affatī piscosi. In nulla tm̄ re magis olim cōdemnata est, q̄ equorū pernitate, quos ibi a v̄to concipi, memorię proditiū est. Fuit olim tota Hispanię terra (vt nihil obmittatur, quod ad regionis cognitionē atinere cognoscitur) diuisa, in v̄tiorē & ceteriorē Hispanias. Ceterior eadē, quę Tarraconensis ad Pyrenea vsq; iuga protenditur. V̄terior in duas, per longitudinē prouintias diuidit. In Bethicam & Lusitaniā. Superioribus annis Hispania in regna quinq; diuisa est, scilicet, in Castellę, Arragonū, Portugalię, Nauarre & Granatę.

DE LVSITANIA.

LVSITANIA quę & hodie Portugalia appellatur, populos habet Hispanię fortissimos, scrutatores insidiosos, veloces, agiles, atq; versatiles. Scutis duū pedum latitudine vtuntur curuis, ad anteriora spectantibus, quibus neq; fibula, nec ansa vlla est, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus, & sagittas euitent. Gladiolus aut pugio lateri adheret. Plurimi lineos thoraces habent: perpauci lorice vtuntur, aut cristatis cassidibus. nonnulli neruatis galeis, iaculum longe iaciunt, & summa arte, in acie diutius p̄seuerant. Mobili corpore, leuicq; vt facile et fugiant hostem, & insequantur.

TABVLA · II · EVROPÆ

Hę sunt e cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis quas sc̄da Europę tabula complectitur.

Hispania Betica:
Hispania Lusitania:
Hispania Tarraconensis:



SECUNDA Europę tabula cōtinet Hispaniam totā, in tres prouintias partitā, cū insulis sibi adiacentibus.

Parallelus aut per eius mediū ductus, rationem habet ad meridianū, quam tria ad quatuor fere.

Terminatur aut tabula,

Ab oriente Pyreneis montibus.
A meridie Baliarico & Iberico pelago, fretocq; Herculeo, & parte exterioris maris.

Ab occasu occidentali Oceano
A septentrionibus aut Oceano Cantabrico,

Lusitanie prouintie,

Norba Cæsarea maximā diem habet ho. 14 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$. fere. Distatq; ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$. fere.

Augusta emerita maximā diem habet ho. 14 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria versus occasum horis 3 $\frac{2}{3}$ fere.

Betica

Islalis habet maximā diē ho. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexā. vsus occasum ho. 3 $\frac{2}{3}$.

Corduba maximā diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$ fere. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Tarraconensis,

Asturica augusta maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Noua Chartago habet maximā diē ho. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Tarracon maximā diē habet hor. 15. Et distat ab Alexandria, versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{2}$.

Clunia maximā diem habet hor. 15 $\frac{1}{8}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Cæsarea Augusta maximam diē habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3.

Gadirā insula maximam diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

AREA TABVLAE.

Secunda ꝑo Europę tabula cōtinet a partibus 2 $\frac{1}{2}$ vsq; ad partes. 20 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lōgitudō partiū 18. Latitudo autē a partibus. 36. vsq; ad partes. 46 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$. Ita vt Latitudo fiat partiū 10 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$.

